



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90118014**

§. 56. Translatio trium Regum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](#)

petiit, qui hominem indignans rejicit. Sæcul. XII.  
 Sed nec electus Christianus tunc placuit; A. C. 1162.  
 cum vero in Curia sua Canonicorum Mo-  
 guntinorum præcipuos haberet, Conra-  
 dum Witelspachium, Ottonis Comitis  
 Palatini Bavariæ fratrem, eligi jussit.

## §. LVI.

*Translatio trium Regum.*

Cum Fridericus Imperator Mediolanum *ep. Frid. to. 5.*  
 tota hyeme ob sedisset, tandem ur- *Spicil.*  
 bem, dira fame oppressam, nullis initis *p. 568. ep.*  
 conditionibus, prima Martii anno mil- *Burch. ap.*  
*Freh. p. 236.*  
 lesimo centesimo sexagesimo secundo in  
 suam potestatem rededit. Exierunt cives  
 ad Imperatorem, adhuc Laudæ com-  
 morantem, tenentes crucem in mani-  
 bus & nudo gladio e cujusque collo pen-  
 dente, ut victorem ad commiserationem  
 permoverent. Ille quidem supplicibus  
 vitæ gratiam fecit, sed non solum præ-  
 cipites fossas, quæ muros cingebant,  
 injecta humo oppleri, verum etiam to-  
 tam urbem Ecclesiastique, quibus antea  
 parcere statuerat, dirui jussit. Inter  
 ceteras Ecclesias una fuerat S. Eustorgio  
 veteri Mediolanensem Episcopo, qui  
 decima octava Septembris colitur, sa-  
 cra, ubi Corpora trium Magorum, qui  
 Bethlehem ad adorandum Jesum  
 Christum infantem venerunt, & Reges  
 fuisse jam tunc credebantur, inventa  
 fuisse dicebantur. *Quo*

**Sæcul. XII.****A.C. 1162.****Boll. to. I.****Maj. Eph.****p. 8.****to. IO. Conc.****p. 1186.****Helm.****Chron.****Slav. I.****c. 91.****Att. ap.****Baron.**

Quo pacto hæc corpora Mediolanum  
pervenerint, quis perspiciat? nec ulla  
de eis usque ad hanc inventionem mentio  
occurrit. Ut ut vero res se habeat, Fride-  
ricus Imperator ea donavit Rainoldo,  
Archiepiscopo Coloniensi, Cancellario  
suo, se in hoc bello comitanti, cuius  
consilia maximi faciebat. Archiepisco-  
pus Clericos populumque suum hujus rei  
certiores fecit, data epistola, in qua  
dicit, se ad eos etiam afferre corpora  
lanensium, quos Ecclesia die duodecima  
Julii colit. Coloniæ vero vigesima tertia  
eiusdem mensis Translatio trium Regum,  
quos exinde populus semper honore pub-  
lico prosecutus est, celebratur. Quin  
etiam iisdem nomina Casparus, Baltha-  
rus & Melchior imposita sunt, atque Pe-  
trus Comestor, illius circiter ætatis  
Scriptor, hæc in sua Historia Scholastica  
refert tanquam ipsorum nomina latina,  
jungitque alia, quæ eorumdem vocabula  
Græca Hebræaque fuisse dicit. Cete-  
rum Fridericus Imperator, prostratis  
Mediolanensibus, nominis sui terrorre  
orbem implevit.

**§. LVII.***Alexander Papa in Francia.*

Anno superiore millesimo centesimo  
sexagesimo primo, Pontificatus sui  
secundo,